

Año XXXIV. JUEVES 22 DE SETIEMBRE DE 1893. Núm. 61.

BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE OSMA

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS

GOBIERNO ECLESIASTICO

SEDE VACANTE.

LA CONSAGRACION DE NUESTRO ILMO. PRELADO

Los sucesos se van aproximando. Dios Nuestro Señor quiere socorrer á su grey, y vá removiendo los obstáculos y preparando los hechos.

Segun noticias oficiales que tenemos, Nuestro Ilustrísimo Prelado será Consagrado en la Santa Apostólica y Metropolitana Basílica de Santiago de Compostela el dia 1.º de Octubre de este año, dia en que la Iglesia universal celebra la festividad de la Virgen Santísima bajo el título de Nuestra Señora de las Victorias, y tambien del Santísimo Rosario, títulos ambos de gloria inmarcesible y de imperecedera memoria para nuestra España, y el último en especial para esta Diócesis. Nos recuerda el primero la memorable batalla y victoria de Lepanto, dada y obtenida por las tropas españolas y pontificias, dirigidas por D. Juan de Austria, á quien con este motivo aplicó el Romano Pontífice Pio V aquellas palabras de la Sagrada Escritura : *fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes*. Nos trae á la memoria el segundo la milagrosa institucion del Santo Rosario, hecha por Santo Domingo de Guzman, nacido en esta Diócesis, en Caleruega, y Canónigo

de esta Santa Iglesia Catedral. Quiera Dios Nuestro Señor, que estas coincidencias sean presagio de la gloria y felicidad del pontificado de Nuestro Ilmo. y Rvmo. Prelado, y como prenuncio de sus triunfos contra los enemigos de la Iglesia.

Si no tuviéramos más ocupaciones que tiempo, ó si esas ocupaciones no fueran tan apremiantes, hablaríamos con este motivo de los citados hechos históricos haciendo algunas reflexiones sobre ellos, en que nos sería fácil hacer ver sobre el último, que los albigenses del siglo XIII, no eran otra cosa que los masones de hoy, según se infiere de las obras de Leon Táxil, como unos y otros no son más que los maniqueos del siglo IV, los priscilianistas del V, los bogomilos del XI y los valdenses del XII. Que estas sectas han existido siempre, con muy pequeñas modificaciones, apareciendo unas veces en Oriente, otras en España ó Francia, y otras en Bulgaria y Hungría y otros puntos de Europa, pero siempre los mismos.

Pero basta por ahora esta indicación para aquellas almas pusilánimes, y medrosas, que se llenan de temor y de espanto con solo oír el nombre de mason, como si la Iglesia y la sociedad no tuvieran ya remedio contra la masonería. El Santo Rosario, bien rezado y meditado, que fué en tiempo de Santo Domingo un remedio eficacísimo, entre otros, contra los albigenses, que amenazaban de muerte y con todo descaro á la Iglesia y á la sociedad, lo será también hoy, si se reza y medita bien, además de otros medios, que tiene la Iglesia, para vencer á la masonería, que ostenta más ruido que fuerzas, así como á todos los herejes y herejías que existen ó vayan naciendo *Omnes hæreses sola intermisit in universo mundo.*

Pero puesto que no tenemos tiempo para distraernos en excursiones históricas, y que nuestro objeto en la presente ocasión es anunciar al clero y á los fieles de la Diócesis la solemne consagración de nuestro Ilmo. Prelado, á fin de que cada uno eleve á Dios fervientes oraciones para que derrame sobre su ungido sus luces y toda clase de carismas y dones celestiales, sin que sea nuestro ánimo imponer obligación alguna, recomendamos que en todas las Iglesias del Obispado, expongan el Santísimo Sacramento en ese día, es decir, en el Domingo primero de Octubre de este año, terminada la misa conventual ó parroquial hasta la hora de vísperas, anunciando al pueblo el motivo y fin de esta exposición para que, penetrado de la importancia del objeto, dirija sus oraciones al Altísimo por medio y en presencia del Sagrado Corazón de Jesús, su Hijo Unigénito, nuestro Abogado y Salvador, sin olvidarse de interesar en sus súplicas á la Virgen Santísima nuestra Señora del Rosario y á los Santos patronos de esta Diócesis San Pedro de Osma y Santo Domingo de Guzman.

Burgo de Osma 21 de Setiembre de 1863.

DR. ISIDRO SOTO, *Vicario Capitular.*

DECRETUM GENERALE.

Iamdudum apud viros sacrae liturgiae peritos quaestio agebatur gravissimi sane momenti quoad praeminentiam inter festa primaria et secundaria eiusdem ritus. Verum hac controversia nondum composita, identidem Sacra Rituum Congregatio peculiaribus in casibus responsa dedit, ac plura particularia edidit Decreta, quin unquam rem per generale Decretum definiret. Quum vero hisce postremis temporibus in eiusmodi quaestione maxima esset discrepantia ex multiplici atque opposita penes scriptores sacrae liturgiae Rubricarum interpretatione; necessarium duxit Apostolica sedes unicam tandem normam statuere, quae ubique et ab omnibus, praesertim in ordine Divini Officii uniformiter redigendo, servaretur. Quocirca Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XII. commisit R. P. D. Augustino Caprara, S. Fidei Promotori, ut votum *ex officio* exararet, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus discutendum; posteaquam diversae ea de re a viris in rubricarum scientia peritis habitae fuerunt sententiae, elucubrationibus multa eruditione exornatis

Quibus omnibus praelo cussis, communicatisque una cum voto praefati S. Fidei Promotoris, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu, subsignata die ad Vaticanum coadunato, a me infrascripto Cardinali, eidem Sacrae Congregationi Praefecto et Relatore, sequens Dubium propositum fuit, videlicet: *An festa secundaria Domini, B. Mariae Virg., Angelorum, Ss. Apostolorum, aliorumque Sanctorum praeferenda sint festis Primariis eiusdem ritus et classis, sed minoris personalis dignitatis, tam in occurso, quam in concursu, et in eorumdem repositione?*

Itaque Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, mature perpensis rationibus tum a memoratis viris, tum a R. P. D. Promotore S. Fidei adductis, ita rescribendum censuerunt: *In voto R. P. D. Promotoris Fidei, nimirum: Festa Primaria, utpote solemniora, aliis secundariis in casu praeferenda esse tam in occurso quam in concursu, ad formam Rubricae X. de Translatione festorum n. 6. Quod si eadem festa transferri contingat. in illorum repositione servetur ordo praescriptus in memorata Rubrica n. 7; et fiat catalogus festorum, quae uti Primaria, vel secundaria, retinenda sunt.* Die 27 Iunii 1893.

Demum his omnibus Sanctissimo eidem Domino Nostro relatis per

me ipsum infrascriptum Cardinalem Præfectum, Sanctitas Sua sententiam eiusdem Sacræ Congregationis ratam habuit, et confirmavit, iussitque ita, et non aliter Rubricarum præscripta hac in re esse interpretanda: Rescripta, seu Decreta, tum generalia tum particularia, in contrarium facientia suprema auctoritate sua penitus abrogando. Die 2 Iulii, anno eodem.

CAIETANUS CARD. ALOISI-MASELLA,
S. R. C. Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

VIENTIUS NUSSI,
S. R. C. Secretarius.

DECRETUM GENERALE

Iuxta Decretum diei 2 Iulii nuper elapsi, quum a me infrascripto Cardinali Sacræ Rituum Congregationi Præfecto, et Relatore in Ordinariis Comitibus, subsignata die ad Vaticanum coadunatis, proposita fuerit approbanda Catalogus Festorum, quæ uti *primaria* vel *secundaria* retinenda sunt; Emi. et Rmi. Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi, audito voce et scripto R. P. D. Augustino Caprara S. Fidei Promotere, ita rescribere rati sunt: AFFIRMATIVE; *evecto ad ritum Duplicis Maioris, in Kalendario universali, festo Dedicationis Basilicæ Ssmi. Salvatoris, si Sanctissimo placuerit. Catalogus vero ita se habeat:*

FESTA PRIMARIA

IN CALENDARIO UNIVERSALI

§ I. *Duplicia Primæ Classis.*

Nativitas Domini.
Epiphania Domini.
Pascha Resurrectionis.
Ascensio Domini,
Pentecostes.
Festum Corporis Christi.
Assumptio, et Immaculata Conceptio B. M. V.
Nativitas S. Ioannis Baptistæ.
Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli.
Festum Omnium Sanctorum.
Dedicatio propriæ Ecclesiæ.

Patronus, vel Titulus Ecclesia.

Patronus Principalis Regionis, vel Diœcesis, aut loci.

§ II. *Duplicia Secundae Classis.*

Circumcisio Domini.

Festum Ssmæ Trinitatis.

Purificacio B. Mariæ V.

Annuntiatio B. Mariæ V.

Visitatio B. Mariæ V.

Nativitas B. Mariæ V.

Dedicatio S. Michaelis Archangeli.

Natalitia Undecim Apostolorum.

Festa Evangelistarum

Festum S. Stephani Protomartyris.

Festum Ss. Innocentium Martyrum.

Festum S. Laurentii Martyris.

Festum S. Annæ, Matris B. M. V.

Festum S. Ioachim, Patris B. M. V.

§ III. *Duplicia Maiora per Annum.*

Transfiguratio Domini,

Dedicatio Basilicæ Ssmi Salvatoris.

Dedicatio L. Mariæ ad nives.

Festum Ss. Angelorum Custodum.

Dedicatio Basilicarum Ss. Petri et Pauli Apostolorum.

Festum S. Barnabæ.

Festum S. Benedicti Abb.

Festum S. Dominici C.

Festum Patronorum minus Principalium.

§ IV. *Alia duplicia per Annum.*

Dies Natalitia, vel quasi Natalitia uniuscuiusque Sancti.

PRO ALIQUIBUS LOCIS.

S. Gabrielis Archangeli.

S. Raphaelis Archangeli.

Dies Natalitia, vel quasi Natalitia uniuscuiusque Sancti.

Commemoratio Sanctorum, quorum Corpora, vel Reliquiæ in Ecclesiis Diœceseos asservantur.

FESTA SECUNDARIA

IN CALENDARIO UNIVERSALI

§ I. *Duplicia Primae Classis.*

Sacratissimi Cordis Iesu.

§ II. *Duplicia Secundae Classis.*

Festum Ssmi Nominis Iesu.

Festum Inventionis S. Crucis.

Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C.

Solemnitas Ssm. Rosarii B. M. V.

Festum Patrocinii S. Ioseph.

§ III. *Duplicia Maiora.*

Exaltatio S. Crucis.

Duo festa Septem Dolorum B. M. V.

Commemoratio B. M. V. de Monte Carmelo.

Festum Ssmi Nominis B. M. V.

Festum de Mercede B. M. V.

Præsentatio B. M. V.

Apparitio S. Michaelis Archangeli.

Decollatio S. Ioannis Baptistæ.

Cathedra S. Petri Ap., utraque.

Festum eiusdem ad Vincula.

Conversio, et Commemoratio S. Pauli Ap.

Festum S. Ioannis ante portam Latinam.

PRO ALIQUIBUS LOCIS.

Officia Mysteriorum et Instrumentorum Passionis N. N. I. C.

Ssmi Redemptoris.

Sanctæ Familiæ Iesu, Maria, Ioseph.

Ssmi Cordis Mariæ.

Desponsationis, Maternitatis, Puritatis, Patrocinii B. M. V.

Translationis Almæ Domus B. M. V.

Expectationis Partus B. M. V.

B. M. V. Auxilium Christianorum.

Prodigiorum B. M. V.

Apparitionis B. M. V. Immaculatæ.

Commemoratio Omnium Ss. Summorum Pontificum.

Item alia quæcumque festa sive Domini, sive B. M. V. sub aliquo peculiari titulo, sive Sanctorum, præter eorundem natalem diem, uti Inventionis Corporum, Translationis, Receptionis, Patrocinii, et hisce similia.

Die 22 Augusti 1893.

Facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII. de his omnibus relatione per me ipsum infrascriptum Cardinalem Præfectum, Sanctitas Sua duplicem Catalogum, prouti superius exstat, approbavit ac vulgari præcepit; elevato ad ritum duplicem maiorem, una cum festo Dedicationis Basilicæ Ssmi Salvatoris, festo etiam Dedicationis Basilicarum SS. Petri et Pauli Apostolorum. Die 27, iisdem mense et anno.

CAIETANUS Card. ALOISI-MASELLA
S. R. C. Præfectus.

Loco ✠ Sigilli

VICENTIVS NUSSI
S. R. C. Secretarius.

RESOLUCIONES DE LA S. C. DE RITOS.

Entre varias dudas propuestas á la S. C. de Ritos por el Ordinario de la archidiócesis de Gran (Hungria) que publica la acreditada Revista *La Ciudad de Dios* en su número correspondiente al 5 de Mayo, copiamos las dos siguientes y la contestacion respectiva.

«Dub. XI. Rubricam Missalis (tit. XI, n. I) non usquequaque claram auctores et professores Liturgiæ sacrae interpretantes, docent ultimum evangelium in fine Missæ, eodem prorsus modo dicendum esse quam primum, i. e., Sacerdote *oblique* stante, sive parum per suam sinistram converso ad populum. Cum tamen alii, præsertim seniores Sacerdotes, negent, talem esse sensum hujus rubricæ, quæritur, utrum ultimum evangelium a sacerdote *oblique* stante recitari debeat?— ad VI. *Affirmative*.

Dub. XI. Rituale Romanum optioni administrantis S. Communionem relinquit, utrum antiphonam *O sacrum convivium* etc. recitare velit necne, sed ex rubrica erui non potest, num versiculi et Oratio *Deus qui nobis* sint etiam ad libitum vel omnino de præcepto; et si affirmative ad secundam partem, quæritur, utrum benedictio manu dextra et adhibita formula *Et Benedictio* etc., semper sit obliganda, quando citra Missam administratur S. Communio.—Ad XI. *Versiculi et oratio Deus qui nobis sunt de præcepto; benedictio autem semper danda est, unico exceptu casu, quando datur immediate ante vel post Missam defunctorum, sub formula: Benedictio Dei, etc.*

Atque ita rescripsit declaravit et servari mandavit die 30 Augusti 1892.»

SECRETARIA DEL GOBIERNO ECLESIASTICO.

Se han remitido á su destino por conducto de la Nunciatura Apostólica las cantidades siguientes:

| | Ptas. | Cts. |
|---|-------|------|
| De la colecta extraordinaria hecha con motivo del Jubileo de Su Santidad. | 1995 | 42 |
| Para el dinero de San Pedro. | 312 | 36 |
| Para la abolicion de la esclavitud en Africa.. . . . | 161 | 60 |
| | 2469 | 40 |

Cuya cantidad ha recibido el Excmo. Sr. Nuncio Apostólico segun se expresa en la siguiente carta:

Madrid 15 de Setiembre de 1893.

Ilmo. Sr. D. Isidro Soto.

Muy señor mio y de toda mi consideracion: Pongo en su conocimiento el haber recibido una letra de S. I. por valor de pesetas 2.469'50.

Teniendo en cuenta la distribucion que hace S. I. de esta cantidad, procuraré reinitirla lo más pronto que me sea posible.

Con este motivo tiene el gusto de ofrecer á S. I. el testimonio de su consideracion su afectisimo, † *S. Arzobispo de Damaco Nuncio Apostólico.*

Tambien se ha remitido al Rvmo. P. Comisario General de los Franciscanos en Madrid la suma de doscientas noventa y una pesetas á que, como puede verse en el anterior BOLETIN, ascienden las limosnas recogidas el dia de Viernes Santo para los Santos lugures de Jerusalem.

PELAYO RUIZ, *Canónigo Secrio.*

NECROLOGÍA.

En 25 de Agosto próximo pasado falleció el M. I. Sr. D. Claudio Alonso de San Benigno, Canónigo Pontificio de esta Santa Iglesia Catedral; y en 18 del corriente falleció el Sr. D. Domingo Langa párroco de Zayas de Báscones.

R. I. P.